Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



Miracla sce Marie.

O dei laudem sepe recitantur miracla scorum que per eos egit diuina potentia. multo magis sce di genitricis Marie debent referri p̃ coma. que cum omnium melle dulciora. Ergo ad roborandas mentes amantium fidelium. et exercenda corda piorum. ea que fideliter narrari audiuimus. laetitiae dno recitare studeamus.

De hildefonso epo.

Vt in toletana urbe quida archiepus qui uocabatur hildefonsus. religiosus ualde et bonis moribus ornatus. et in ceteris bonis operibus studiosus. scam di genitricem Mariam multum diligebat. et pro posse omni reuerentia eam honorabat. Incipiens laude uolumen insigne de ei sublimissima ingenitate stilo elegantissimo composuit. quod ita eidem sce di genitrici Marie complacuit. ut illi ipsum librum manu tenens apparuerit. et preter opere ei gratias retulerit. Ille uero cupiens eam altius honorare. constituit ut celebraretur sollempnitas eius octauo die ante festum nativitatis dni natalis. ita indelicet ut si sollempnitas annuntiationis circa dnice passionis dni uel resurrectionem euenerit. in predicta die sub eadem sollempnitate congrue restitui possit. Quod si sancti indebitum ut p̃ sce dei genitricis agereturur festum. et qua deus homo natus uenit in mundum. Que sollempnitas concilio confirmata. et p̃ multas ecclesiarum loca celebratur. Ergo sancta dei genitrix ei rursus apparuit sedens in cathedra ipse altare posita. et uestimentum sacerdotale quod nos albam uocamus attulit ei. dicens illi. Hoc uestimentum de paradiso di filii mei attuli. et quo uestieris indui. et mea sollempnitate. et in hac cathedra sedebis. qui te iubet insidere. Si; sciro certissime quod preter te nemo in hac cathedra impune sedere ut hoc uestimentum ualebit induere. Quod siquis presumserit. do iudice. ulcione non carebit. His dictis. sancta ingo Maria a illo recessit. eique uestimentum quod attulerat reliquit. Quo ille ualde letus indi. et matris eius seruicio. cotidie erudebat in bono opis exercitio. Post hec fecerat migratum ad dnm. relinquens posis adhonorandam di genitricem pulcherrimum exemplum. Post cui obitum quidam clericus uocabulo siagrius. iam plebis urbis factus est archiepus. Qui parupendens de uotonem predecessoris sui immodecepit. assuetis immo predicta cathedra contra prohibitionem sce virginis Marie consedit. sacrique uestimentum induere uoluit. Sicut ego sum homo. et hominem sco fuisse predecessorem meum. Quare ergo non uestier eo quo induebatur uestimento. cum eodem quo ipse functus erat. fungar presulatus officio. Hec dicens. illo sacro uestimento se induit. et statim deo ulciscente presumptionem eius intram eodem uestimento acrius constrictus mortuus cecidit. Quod uidentes qui illic aderant magno timore pretriti. sacm uestimentum quod ille indigne accepit. tulerunt. et in thesauro ecclie ubi hactenus seruatur reposuerunt. Sic sancta dei genitrix beatum hildefonsum honorauit. siagrium u̅ psua presumptione morte multauit. ostendens quia quisquis eam honorauerit gratiam dei suamque habebit.

De sacrista.

In quodam cenobio erat quidam monachus secretarii officio functus. Hic erat ualde lubricus. et de monaco instinctu aliquociens urebatur. libidinis estibus. tamen sancta Maria dei genitricem non modice diligebat. et transiens ante scam eius altare dicendo aue Maria gratia plena dns tecum. eam cum reuerentia salutabat. Adiacebat autem ipsi cenobio fluuius. quem predictus fr transiebat qui ad explendam concupiscentiam suam pgebat. Quadam nocte uolens ire ad scelus assuetum coram altare ut solitus erat scam Mariam salutauit. ac deinde iuxta ecclie aperiens adpredictum fluuium pcuit. Cum dum uellet transire a diabolo impulsus in eundem cecidit. et mox dimersus ibidem interiit. Cui animam mox rapuit multitudo demonum. cupiens eam deferre in baratrum. Si; pietate dei affuerunt angeli. si forte possent illi aliquid ferre solacii. Quibus uenientibus dixerunt demones uerbis contumacib; Vt quid huc aduenistis. Nichil in hac anima habetis quam ipse mala opa que fecit uire concessa est nobis. Ad hoc ualde tristes sancti angeli dum u̅ sufficientem haberent quid preferrent opis boni. ecce subito aduenit sancta dei genitrix. et libra auctoritate dixit de mimbus illis. Cur o nequissimi spem hanc animam rapuistis. Qui responderunt. Quia in uenimus eam consummasse uitam in opibus malis. At contra illa falsa sunt inquit que preferatis. Sco enim quam alicubi pgens me primo saluando ame licentiam accipiebat. et redeuns similiter